UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvtatæ Dicvntvr, & Quæstiones Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Vtrum aliquis possit ex malitia, vel ex certa scientia peccare.

urn:nbn:de:hbz:466:1-72780

Visual Library

enim interdum errare poteſt indebite miſerendo. & ſimiliter ille qui inducitur ad peccandum ex deliberatione rationis, magis peccat quàm ille qui inducitur ad peccandum ex ſola animi paſſione. Vt conſequens autem conſideratur paſſio, quando ex forti motu voluntatis, commouetur appetitus inferior ad paſſionē: & ſic paſſio addit ad meritum vel demeritum, quia eſt ſignum paſſio, ꝙ motus voluntatis ſit fortior. & hoc modo verum eſt, ꝙ ille ꝗ cū maiori cōpaſſione facit eleemoſynā, magis meretur, & ꝗ cum maiori libidine facit peccatum, magis peccat, quia hoc eſt ſignum ꝙ motus voluntatis ſit fortior: ſed hoc non eſt ex paſſione benefacere, vel peccare, ſed potius pati ex electione boni vel mali.

Vnde patet rñſio AD PRIMVM, & SECVNDVM.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ de rōne peccati eſt ꝙ ſit voluntarium: voluntarium autem dicitur, cuius principium eſt in ipſo agente. & ideo quāto principium interius magis augetur, tanto etiam peccatum fit grauius: quanto autem principium exterius magis augetur, tanto peccatum fit leuius. Paſſio autem eſt principium extrinſecum voluntatis: motus autem volūtatis eſt principium intrinſecum. & ideo quāto motus voluntatis fuerit fortior ad peccādū, tanto peccatum eſt maius: ſed quanto paſſio fuerit fortior impellens ad peccandum, tanto fit minus.

ARTICVLVS XII.

Vtrum aliquis poſſit ex malitia, ſeu ex certa ſcientia peccare.

DVODECIMO quęritur, vtrum aliquis poſſit ex malitia, ſeu ex certa ſcientia peccare. & vr̃ ꝙ non. Ad illud. n. homo intēdit, quod ex certa ſcientia operatur: ſed ſecundum ꝙ Diony. dicit 4. cap. de diui. nom. nullus intendens ad malum operatur. ergo nullus ex certa ſcientia malum operatur. (p.4. p.4i non remote princ.)

¶ 2 Præt. Nulla potentia pōt moueri, niſi in ſuum obiectū: ſed obiectum voluntatis eſt bonū apprehēſum. ergo nullus pōt velle id quod ſcit eē malum: & ita nullus pōt ex certa ſciētia peccare. Sed dicendū ꝙ voluntas tendit in aliquod bonum, cui coniūgitur malum: & pro tanto dicitur tendere in malum.

¶ 3 Sed contra, quæ nō ſunt ſeparata ſecundum rē, poſſunt ſeparari ſecundum actum animæ, tam ſm intellectum quàm ſecundum affectum: poſſumus enim intelligere rotundum ſine materia ſenſibili, & aliquis vult eſſe abbas ſine hoc ꝙ ſit monachus. Etſi ergo malum coniungatur alicui bono, non tamen oportet (vt videtur) ꝙ feratur in malum ex hoc, ꝙ fertur in bonum cui coniungitur malum.

¶ 4 Præt. Denominatio nō fit ab eo, quod eſt ſm accidēs, ſed ab eo quod ꝑ ſe cōpetit rei, ꝗa ſecundum hoc de re iudicatur: ſed aliꝗs ex hoc, ꝙ vult aliquid ſecundum ſe, nō dr̃ velle illud quod eſt ei adiunctū, niſi per accidēs. ſicut ꝗ amat vinum propter dulce, non amat vinum niſi per accidens: & ſic ꝗ vult aliquod bonum cui coniungitur malum, non vult illud malum niſi per accidens. Non ergo debet dici quòd ex malitia peccet, quaſi volens malum.

¶ 5 Præt. Quicunque peccat ex infirmitate, hēt voluntatem mali, quod coniungitur alicui bono. Si ergo ob hoc dicatur aliꝗs ex malitia peccare, ſeꝗtur ēt ꝙ ille ꝗ ex infirmitate peccat, ex malitia peccet, quod patet eſſe falſum. Sed dicendum, ꝙ voluntas eius qui ex malitia peccat, ex ſe nititur in malū modo prædicto: nō autem uoluntas eius qui peccat ex infirmitate, ſed quaſi mota ex paſſione.

¶ 6 Sed contra, ex ſe moueri ad aliquid eſt ſecūdū

A ſuam formā, & naturam inclinari in illud, ſicut graue ex ſe mouetur deorſum: ſed uoluntas ex ſua forma & natura non tendit in malum, ſed magis in bonum. ergo uoluntas non poteſt ex ſe tendere in malum, & ſic nullus ex malitia peccabit.

¶ 7 Præt. Quia uoluntas ex ſe tendit in bonum ſecūdum communem rationē boni, oportet ꝙ in differētias boni tendat ex aliquo alio determināte inclinata. ſunt autē differentiæ boni, bonum uerum, & bonū apparens: in uerum autem bonum tendit uolūtas ex iudicio rōnis. ergo in apparens bonum cui coniungitur malum, nō tendit ex ſe; ſed ex aliquo alio inclinata. nullus ergo ex malitia peccat.

¶ 8 Præt. Malitia quandoque ſumitur ꝓ culpa, ſm ꝙ opponitur virtuti: quandoque vero ſumitur pro B poena, ſm ꝙ Beda dicit quatuor eſſe contracta ex peccato, ignorantiā, infirmitatem, malitiam, & concupiſcentiam: ſed non poteſt dici aliquis ex malitia peccare, ſi accipiatur malitia pro culpa, quia ſic idē eſſet cauſa ſui ipſius. ſ. malitia malitiæ. Neque iterū ſecundum ꝙ ſumitur pro pęna: quia omnis poena pertinet ad rationem infirmitatis, & ſic ex malitia peccare eſſet ex infirmitate peccare, quod eſt incōueniens. Nullus ergo ex malitia peccat. (In lib. q. q. 4. hēt partem huius. to. 8. folio 407.)

¶ 9 Præt. Contingit interdum ꝙ aliquis aliquod leuiſſimū peccatum ex certa ſcientia cōmittit, puta, dicendo uerbū otioſum aut mēdaciū iocoſum: ſed C peccatū qđ eſt ex malitia, dr̃ eſſe grauiſſimū. Nō ergo peccare ex certa ſcientia, eſt peccare ex malitia.

¶ 10 Præt. Diony. dicit 4. capite de diu. nomin. quòd bonū eſt principiū, & finis cuiuſlibet actionis: ſed illud ex quo aliquis peccat, uel eſt principium interius inclinans ad peccandum, ſicut habitus uel paſſio, aut aliquid huiuſmodi: uel eſt finis intētus. Nullus ergo ex malitia peccat. (Cap. 4. p. r. non remote a fine.)

¶ 11 Præt. Si aliquis ex malitia peccat, maxime hoc uidetur de eo, qui eligit peccare: ſed ſecundum Damaſcen. omne peccatum eſt ex electione. ergo omne peccatum eſſet ex malitia. (Lib. 2. & ca. 27.)

¶ 12 Præt. Malitia opponitur virtuti, & ita cum uirD tus ſit habitus, malitia etiā eſt habitus: quia contraria ſunt in eodem genere. Aliqui autē habitus virtutum ſunt in iraſcibili & concupiſcibili, ſicut de temperantia, & fortitudine Philoſo. dicit in 3. Eth. quòd ſunt irrationabilium partium. harum autem potentiarum animæ nō eſt eligere: ſed liberi arbitrii. Peccatum ergo quod ex electione committitur, non debet dici ex malitia procedere. (Li. 3. cap. 10. i principio. tom. 5.)

¶ 13 Præ. Ille qui ex malitia peccat, uidetur hoc ipſum uelle, quod eſt peccare & malum operari: ſed hoc non poteſt contingere, quia ſyndereſis nūquā extinguitur quæ ſemper remurmurat malo. Nullus E ergo ex malitia peccat.

SED CONTRA eſt, quod dicitur Iob 34. Quaſi de induſtria receſſerūt a Deo, & uias eius ītelligere noluerunt: ſed recedere a Deo eſt peccare, ergo aliqui de induſtria peccant, quod eſt ex malitia peccare.

¶ 2 Præterea Auguſt. dicit in libro. 2. Confeſ. quod cum furaretur poma, non ipſa poma, ſed defectum ſuum amabat, ſcilicet ipſum furtum: ſed amare ipſum malum, eſt ex malitia peccare. ergo aliquis ex malitia peccat. (Li. 2. cap. 6. tom. 1.)

¶ 3 Præt. Inuidia eſt malitia quædā: ſed aliqui ex inuidia peccant. ergo aliqui peccant ex malitia. (1. 2. q. 78. Ar. 1. 2. et 3.)

RESPON. Dicendum, ꝙ ſicut Philoſoph. dicit in 3. Ethico. aliqui poſuerunt, quod nullus uoluntarie eſt malus: Cōtra quos Philoſo. ibidem dicit, quod (Lib. 3. cap. 1. parum ante medium t. 5.)

irrationabile eſt dicere, ꝙ aliquis velit adulterium F
committere, & non velit eſſe iniuſtus. Cuius rō eſt,
quia voluntarium dr̄ aliquid non ſolum, ſi voluntas
feratur in illud primo, & per ſe, ſicut in finem, ſed
etiā ſi feratur in illud; vt ad finē. ſicut etiam infirm⁹
non ſolum vult conſequi ſanitatem, ſed etiam vult
bibere medicinam amaram, quam alias nollet, ad
hoc vt ſanitatē conſequatur: & ſimiliter mercator
ꝓijcit merces in mari volūtarie, ne depereat nauis.
Si ergo contingat, ꝙ aliquis in tm̄ uelit aliqua dele-
ctatione frui, puta, adulterio vel quocumque huiuſ
modi appetibili, vt nō refugiat incurrere deformita
tē peccati, quam percipit eſſe coniunctam ei, quod
vult, non ſolū dicetur velle illud bonum, qd̄ princi G
paliter vult, ſed etiā ipſam deformitatem, quam pa
D·490. ti eligit, ne bono cupito priuetur. vn̄ adulter & de-
lectationē vult quidem principaliter, & ſecūdario
vult deformitatē, ſicut ponit Aug. exemplum in li.
Li. 2. cap. 22. inter principium & medium to. 4. de Sermone Domini in monte, ꝙ aliquis ꝑꝑ amo-
rem alicuius ancillæ uoluntarie ſuſtinet duram ſer
uitutem Domini eius. Sed ad hoc, quòd aliquis intā
tum uelit aliquod bonum commutabile, ꝙ nō re-
fugiat auerti a bono incōmutabili, poteſt cōtinge
re dupliciter, uno mō, ex eo ꝙ neſcit illi bono cō-
mutabili talē auerſionē eſſe coniunctam, & tunc dr̄
ex ignorantia peccare: alio modo, ex aliquo interi⁹
inclinante volūtatem in bonum illud. Inuenitur au
tē aliquid in alterum inclinari dupliciter, uno mō,
quaſi ab alio paſſum, ſicut cū lapis proijcitur ſurſū: H
alio modo, per formam propriam. & tunc ex ſeip-
ſo inclinatur in illud, ſicut cū lapis cadit deorſum,
& ſimiliter voluntas inclinatur in bonū cōmutabi-
le, cui adiungitur deformitas peccati: qn̄que quidē
ex aliqua paſſione, & tunc dr̄ ex infirmitate pecca-
re, ſicut ſupra dictū eſt: aliquando autem ex aliquo
habitu, quando per conſuetudinem inclinari in ta-
le bonū, eſt ei iā verſum, quaſi in habitum, & natu-
rā; & tūc ex ꝓprio motu, abſq; aliqua paſſione incli
Ar. 10. & 11. præced: naī ad illud: & hoc eſt peccare ex electione, ſiue ex
induſtria, aut certa ſcientia, aut etiam ex malitia.

Ad primvm ergo dicēdū, ꝙ nullus operās intē-
dit ad malū, quaſi principaliter volitū: ſed tn̄ ex cōſe
quēti fit alicui ipsū malū volūtariū, dū nō refugit i- I
currere in malū ad hoc, ꝙ ꝑfruaī bono cōcupito.

Ad secvndvm dicendū, ꝙ uoluntas ſemper fer-
tur principaliter in bonum aliquod; & ex uehemē
ti motu in aliquod bonum, contingit, quod ſuſti-
neatur malum, quod eſt illi bono coniunctum.

Ad tertivm dicēdū, ꝙ aliqn̄ cōtingit uoluntatē
ferri in aliqd̄ bonū, cui coniungitur malum. & tamē
nō fertur in malū illud, ſicut ſi aliqs appeteret dele-
ctationē, q̄ eſt in adulterio. & tamē refugit adulterii
deformitatē, & ex hoc ēt delectationē abiiceret: ſed
aliquando contingit quod aliquis ꝑꝑ delectationē,
etiam uoluntarie incurrit deformitatem culpæ.

Ad qvartvm dicēdū, ꝙ illud qd̄ cōiungiī bono K
principaliter deſiderato, ſi ſit improuisū, & ignotū,
non eſt uolitū, niſi ꝑ accidēs. Sicut cum aliquis ex
ignorātia peccās vult aliquid, quod neſcit eſſe pec-
catum, qd̄ tamen in rei ueritate peccatum eſt, talis
enim nō uult malum niſi per accidens, ſed ſi ſciat il
lud eſſe malum, iam ex conſequenti illud malum
vult, ut dictum eſt, & non ſolum per accidens:

Ad qvintvm dicēdū, ꝙ cū dr̄ aliquis peccare ex
In corp. art. aliquo, datur intelligi ꝙ illud ſit primum principiū
peccati. In eo autem qui peccat ex infirmitate, uo-
luntas mali non eſt primū principium peccati, ſed
cauſatur ex paſſione: ſed in eo peccato ex malitia,
voluntas mali eſt primum principium peccati, q
ex ſeipſo & per habitum proprium inclinatur in vo-
luntatem mali, non ex aliquo exteriori principio.

Ad sextvm dicendum, ꝙ forma per quam pec-
cans operatur, non ſolum eſt ipſa potentia volun-
tis, ſed habitus qui interius inclinat per modum q
iuſdā naturæ. & per hoc patet ſolutio ad septimvm. præc

Ad octavvm dicendum, ꝙ cum dicitur aliqu
ex malitia peccare, malitia poteſt ibi ſumi, vel pro
habitu qui opponitur virtuti, vel pro culpa ſecun-
dum ꝙ interior voluntatis actus, ſeu electio dicit
culpa, & eſt cauſā interioris actus. vnde non ſequi
tur quòd idem ſit cauſa ſui ipſius.

collat .4. & ıatis lis 6.

Ad nonvm dicēdū, ꝙ malitia opponitur virtut
quæ eſt bona qualitas mētis: peccatum autē venia
nō eſt cōtrarium virtuti. vnde ſi aliquis de induſtri
peccatum veniale committat, non eſt ex malitia.

Ad x. dicendum, quòd bonum eſt principium
& finis actionis primo & principaliter: ſed ſecunda
rio, & conſequenter etiam malum poteſt eſſe voli
tum, vt dictum eſt.

. præ

Ad xi. dicendum, quòd etiam in peccato infi
mitatis poteſt eſſe electio: quæ tamen non eſt pri
mum principium peccandi, cum cauſetur ex pa
ſione. & ideo non dicitur talis ex electione pecca
re, quàmuis eligens peccet.

Ad xii. dicendum, ꝙ ſicut paſſio in iraſcibi
vel concupiſcibili exiſtēs cauſat electionem inqua
tum ligat rationē ad momentum, ita habitus in h
potentijs exiſtens cauſat electionem inquantum l
gat rationem, non iam per modum paſſionis pe
tranſeuntis: ſed per modum formæ immanentis.

Ad xiii. dicēdum, ꝙ ad ſynderesim pertinēt vn
uerſalia principia iuris naturalis, circa quę nullus e
rat: ſed ratio ligatur per paſſionem, vel habitum
eo qui peccat, quantum ad particularia eligibilia. 2. q.
.4.

Ea vero quę in cōtrariū obijciūtur, licet verū c
cludāt, tamē in 2. arg. cōſiderandum eſt, ꝙ cū Au
dicit ꝙ ipſum defectū amauit, nō poma quæ fura
tur, nō eſt ſic intelligendum, quaſi defectus ipſe
deformitas culpæ poſſit eē primo & ꝑ ſe volita: ſe
primo & ꝑ ſe volitū erat vel gerere morē alijs, v
experiētiam hēre alicuius, vel facere aliqd improba rt. 9. &
bite, aut aliqd hmōi. In tertio vero argumēto no
dum eſt, ꝙ nō oē peccatum, quod ex alio pecca
cauſatur, pōt dici ex malitia eē cōmiſſum: q pōt
ꝙ illud primum peccatum, quod eſt cā alterius,
commiſſum ex infirmitate vel paſſione. Ad hoc
tē ꝙ aliquis ex malitia peccet, oportet ꝙ malitia
primum peccandi principium, vt dictum eſt.

Articvlvs xiii.

Vtrum ille qui peccat ex malitia, grauius peccet, quàm qui peccat ex infirmitate.

Tertiodecimo quæritur, vtrum ille q pe-
cat ex malitia, grauius peccet, quàm ille q pe
cat ex infirmitate. & videtur quòd nō. Dicitur en
Apocal. 3. Vtinam calidus eſſes, aut frigidus: ſed
tepidus es incipiam te euomere ex ore meo. Ca
dus enim videtur eſſe qui bonum operatur, tepi
autem qui ex infirmitate peccat, ſicut incontin
omnino autem frigidus qui ex malitia peccat, ſi b. 7. c
intemperatus. ergo periculoſius eſt ex infirmitat rca p
quàm ex malitia peccare. m. 5.

¶ 2 Præt. Eccle. 42. dr̄ Melior eſt iniquitas viri, qua
mulier bene faciens. Quod a quibuſdam ſic inte
gitur, vt per virum intelligatur aliquis ſtrenuus
aliqu